de huiusmodi fecerimus revocatione specialem et expressam mentionem. Datum anno domini M° CCCC° XLIII° die vero tertia decima mensis iulii Nuemburg in curia nostre habitationis, nostro sub appenso sigillo.

Fredericus Radeloff notarius.

43.

Bischof Johannes von Merseburg gebietet dem Dekan und den Magistern vom Rathe der Artistenfakultät, in Anbetracht der bei den Promotionen vorkommenden Mißbräuche, das bevorstehende Examen so lange auszusetzen, bis er in Gemeinschaft mit den andern Magistern und Doktoren der Universität einen Modus für die in Zukunft abzuhaltenden Examina vereinbart hätte.

Merseburg, 1444 Juni 2.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176, fol. 71a.
Gedr.: Zarncke, Statutenbücher 367.

Iohannes dei et apostolice sedis gracia episcopus Merseburgensis, cancellarius unicus alme universitatis studii Lyptzensis, venerabilibus viris dominis decano et magistris de consilio facultatis arcium dicte alme universitatis et aliis quos infrascriptum tangit negocium, sinceram in domino caritatem. Fama nobis publica referente dolenter percepimus, quod in alma universitate Lyptzensi matre nostra in facultate arcium multe fuerint promociones minus valentes et tam multiplices, ut enumeratis dicte universitatis suppositis quasi tot quot non graduati reperiuntur graduati, ita eciam quod quidam inutiles, ignari, ydeote et minus digni promoventur, ex quibus levibus promocionibus universitas ipsa vilipenditur, scandala oriuntur, incommoda veniunt inopinata pariter et multorum detrimenta. Premissis et aliis causis animum nostrum moventes (*sic*), examen proximum cuius apericio die crastina celebrari deberet, ut fertur, pro hac vice suspendimus ac vobis domino decano et magistris examinacionem auctoritate apostolica interdicimus et inhibemus, quousque una vobiscum ac aliis magistris et doctoribus ipsius universitatis de modis in examinacionibus habendis commodo suis possimus deliberare. Datum Merßburg anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, feria tercia in festivitatibus pentecostes, nostro sub impresso sigillo.

44.

Bürgermeister und Rathmannen der Stadt Leipzig bekennen, daß die zwischen ihnen und den Collegiaten des kleinen Fürstenkollegs entstandenen Streitigkeiten wegen des Bierschankes dahin ausgeglichen seien, daß die Collegiaten jährlich 80 Faß Bier einführen könnten. **1445 März 30.**

Hdschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 14 mit dem kleinern Stadtsiegel an Pergamentstreif.

Wir nachgeschriben Hans Wochaw itczundt burgermeister, Ticze Kolkewitz, Hans Bruser, Hans Wolkenstein, Hans Knappe, Peter Schober, Heinrich | Buchner, Hans Storckewicz, Michel Ilburg, Hans Schuman, Hans Czelschen und Iacuff Muller